

cum capellanis suis peragere tenetur, primum vero domini Erkenberti de Starkenberg circa festum Walpurgis, secundum Petri Vorsteri de Ybinberg, Elizabeth uxoris eius et omnium puerorum suorum Michahelis<sup>a)</sup> vel quasi ante vel post infra dies octo. A quibus igitur viginti duobus grossis continue de media parte horum grossorum ipse plebanus in Elsterberg in anniversarii celebratione cuilibet capellano suo unum solidum bonorum Hallensium, ecclesiastico unum solidum pro labore pulsus et ministerii tribuat et sibi ipsi duos solidos reservet, et super omnia hec octo solidi pro annua dominicali memoria domini Erkenberti de Starkenberg prememorati et predicti Petri Vorsteri de Ybinberg, Elyzabeth conthoralis eius et omnium puerorum suorum per ipsum plebanum de dictis grossis reserventur, et in qualibet anniversario pretacto tres solidi per dictum plebanum pro cera tribuentur. Et hec omnis prehabita ordinacio dicti testamenti committitur prememoratis altaristis, plebanis in Zwiggow et in Elsterberg, et eorum conscienciis, ut inviolabiliter sine dolo observentur. In evidenciam igitur omnium premissorum sigilla nostri conventus et prepositi una cum sigillis, videlicet reverendi domini domini nostri episcopi prenominati et sui capituli Nuemburgensis, ecclesie appencione presentes dignas duximus communiri. Et nos Gerhardus dei gratia episcopus Nuemburgensis, Burkardus prepositus, Guntherus eiusdem ecclesie decanus ad exprimendum nostrum consensum sigilla nostra fecimus presenti pagine appendi in evidens testimonium omnium premissorum. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, feria quarta post dominicam judica.

a) auf Rasur (A)

**158.** *Die Markgrafen Friedrich (III.), Balthasar und Wilhelm (I.) von Meißen führen Beschwerde gegen Kaiser Karl IV. wegen der Beeinträchtigung ihrer Rechte und Freiheiten (Isti sunt articuli, quos nos Fridericus, Balthasar et Wilhelmus marchiones Misnensis habemus contra dominum nostrum imperatorem et monemus). Als achter der insgesamt 21 Beschwerdepunkte wird angeführt, dass der Kaiser die bisher über Zwickau führende Straße nunmehr über seine Stadt Reichenbach führe (Item ingerit se de strata nostra, que ab antiquo ad et ante civitatem nostram Czwickow transivit et transitum habere consuevit et eam transponere versus opidum suum Reichenbach machinatur).*

[nach 1372 März 28] <sup>1)</sup>

*Original: Die Beschwerdeschrift war in einem heute verlorenen, ehemals im Haus-, Hof-, und Staatsarchiv in Wien befindlichen Amtsbuch überliefert. — Edition: Loserth, Beiträge, Nr. IV, S. 179–181, die Zwickau betreffende Passage auf S. 179. — Zur Sache: Leisering, Die Wettiner und ihre Herrschaftsgebiete, S. 249–252.*

*1) Die Beschwerdeschrift ist nicht datiert. Im letzten Klagepunkt wird auf den Thüringer Landfrieden von 1372 März 28 Bezug genommen. Die Beschwerdeschrift ist wahrscheinlich in zeitlicher Nähe zu diesem Vertragsabschluss entstanden. Vgl. dazu Leisering, Die Wettiner und ihre Herrschaftsgebiete, S. 250.*